



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Clvveri[i] Italia Antiqua**

Opus post omnium curas elaboratissimum ; tabulis geographicis ære  
expressis illustratum ...

Philippi Clvveri[i] Italiae Antiquae. Tomus ...

**Clüver, Philipp**

**Lvgdvni Batavorvm, 1624**

Cap. X. De Japygia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14124**

opidulum sine mœnibus, ædificiisque semidirutis est, in quo pernoctavi, duo millia passuum à mari, viii millia à Larino, quadringentos passus à Tiferni dextrâ ripâ dislîtum, vulgari adpellatione *Campo Marino*. nam uterque auctor & *Larino* & *Tiferno* id conjungit. Mela: *Daunii autem [tenent] Tifernum amnem; Cliterniam, Larinum, Teanum, opida.* Plinius: *Flumen portuositum Frento, Teanum, itemque Larinum, Cliternia, Tifernus amnis.* Vterque hoc loco totum Frentanorum litus exponit; ut haec tenus per singula opida id vidimus. Ex mediterraneo autem quasi per compendium duo ista opida, *Teanum & Larinum*, maritimis admiscerentur. Hæc igitur sunt Frentanorum opida maritima, quæ veteres adnotarunt scriptores.

10

## C A P . X.

## De IAPYGINA.

**F**rentanos sequitur ea Italiz pars, quæ Frentone amne, Hirpinorumque finibus & flumine Bradano marique cincta, à Romanis in tria nomina distinguebatur; *Apuliam, Calabriam, & Salentinos*. At Græcis, non tantum antiquissimis, sed posterioribus etiam vocabatur *Iapygia*, **IAPYGINA**. Strabo lib. vi: Αντιοχεία της Ταραγίνης εκτὸς γῆς Ιπλίδης ἐνοράζεται, Ιάπυγης παλᾶν. Id est: *Antiochus Tarentinum agrum extra Italianam sub Iapygia nomine censet.* Appianus Bellor. civil. lib. i: Τερανίλια δὲ τὰ Ιαπύγης περιστέρας Καρασίνοι καὶ Ούρανοι, Εἴσηραι πόλεις πολλαῖς. Id est: *Ad Indacilium in Iapygia defecerunt Canusini & Venusini; tum & aliae complures urbes.* Dionysius Περιηγητής.

Εἰςέντειν δὲ θῆται τοῖς: Καλαθείδῃ οὐδεις γάρ,  
Φῦλα τοῦ Ιαπύγων παντούβα μισθῷ τερποῖς  
Παρράλιας.

Hoc est:

At deinceps post hos sequitur Calabra sedes terre,  
Gentesque Iapygum, extensa usque ad Hyrium  
Maritimum.

30

At nomen hoc unde habuerit *Iapygia*, Plinius indicat lib. iii cap. xi. *Barion*, inquit, ante *Iapyx*, à *Dædali* filio: a quo & *Iapygia*. Solinus cap. viii: *Quis ignorat, Iapygas ab Iapye, Dædali filio, conditos?*

Cæterum dicta *IAPYGINA* iisdem Græcis in trevis divisa fuit parteis. Polybius lib. iii: Διελθὼν δὲ Αντιοχείας Επαλαθείδῃ τοῦ Πρεστίγηντος Επαλαθείδῃ Αδεμαλίῳ, επὶ δὲ τῷ Μαρρυνίῳ Εφενταλίῳ χώρᾳ, ὡρην τοιςιδιῷ τορπίας οὗ θῆται τὸ Ιαπύγης ἦς διηρημένης εἰς τοῖς ὀποιασίας, καὶ τῷ μὲν περισσοτέρῳ Δαυίων, τῷ δὲ Μεσαπίων, εἰς πεντήτῳ εἰς βαλεῖς Δαυίων. Id est: Hannibal, ubi pertransiit Praetutianum Hadrianumque agrum, nec non Marrucinorum Frentanorumque; in Iapygiam avertit iter. que regio quum tribus nominibus distincta sit; quorum unum est Dauniorum, alterum Messapiorum; Hannibal primam petit Dauniam. Scilicet, ut proximam à Frentanis. At quid hoc est, quod ait in tria nomina divisam esse Iapygiam; heic verò duæ tantum commemorantur? Ut pleraque apud Polybium Italiz urbium, Aluminum, & montium nomina ab imperitis exscriptoribus corrupta sunt; ita heic etiam per supinam oscitantiam tertium Iapygum nomen omissum est. Scripsit igitur haud dubiè Polybius sic: ἡς διηρημένης εἰς τοῖς ὀποιασίας, καὶ τῷ μὲν περισσοτέρῳ Δαυίων, τῷ δὲ Πεντεταλίῳ, τῷ δὲ Μεσαπίων, εἰς πεντήτῳ εἰς βαλεῖς τοῦ Δαυίων. Id est: Que regio quum tribus nominibus distincta sit; quorum unum est Dauniorum, alterum Penetiorum, tertium Messapiorum; primam petit Dauniam. Ergo *DAVNIA* erat proxima Frentanis Hirpinisque. extima, à Tarento Brundisioque, in peninsulâ, *M E S S A P I A*. media inter utramque *P E V C E T I A*. Hanc separat à *Dauniâ* Plinius *Cerbalo* amne; qui vulgo diecit *Cervaro*; apud Sipontum in mare effluens. Lib. iii cap. xi: *Amnis, inquit, Cerbalus, Dauniorum finis.* Originem horum nominum indicate voluit Antoninus Liberalis in libro de Transformationibus. Λυκάον Σ. & αὐλοχήρος ἐχύσθε ποιδεῖς, Ιάπυγη,

10

Τάπης Ε Δασίι Θ. κ. Πολικέπθ. οὐτοι λαὸν αὐθούσιαν, αφίσθιον τὸ ιπελίας αὐθόρητον Αθέαδος.  
 ἐξελάσιμες δὲ τὸ σταυρὸν οἰκεῖταις Αὔστρας, αἵποι καλούμενοι. Ήτο δὲ τὸ σπέσιον αὐτοῖς τὸ σεργίας  
 ἵππον, Ἰπύριοι, Μεσαπῖται. Εἶπε δὲ τὸ σεργίον ἄμα εἴ τοι γλῦν οὐμερον τεχνή, εἴ οὐματον  
 τὸς ἐκάστους ἥρμονθος ἄλλη, Δασίας Ε Πολικέπθιοι Μεσαπῖταις τὸ οὐρανόν ταξιδιτοί ἄλλη  
 φορές τῶν ιογαλάνων τῆς ιπελίας, ἔγραπτο Μεσαπῖταιον· οὐτοὶ δέ τοι πόλις Βρεντίσιον. τὸ δέ τοῦτο τὸ σπέ-  
 σιον τοῦ Ταξιδιτοῦ, ἔγραπτο Πολικέπθιον. ἐνδοπίρα δὲ τέτε τῆς Ιαλάσσης ἐπέταξεν Δασίοις. Τὸ  
 σύμπτων ἔνθετο οὐμάτων ἰάπονγες. Id est: Lycaon indigena filios habuit, Iapygem, Daui-  
 nium, & Peucetium. hi, collectâ hominum multitudine, in Italiam ad Hadriaticum  
 mare pervenerunt: pulsisque Ausonibus incolis, loca ea occuparunt. Maior pars exer-  
 citum eorum constituerat ex advenis, Illyricis atque Messapiis. Itaque quum & exerci-  
 tum & agrum in treis divisissent parteis: eisque de nominibus ducum nomina fecissent:  
 Dauniorum, Peucetiorum, & Messapiorum: quod à Tarento erat usque ad extima Ita-  
 lia, Messapiis obtigit: ubi est Brundisium. quod ultra Tarentum erat, Peucetiis. ultra  
 hos Daunii sedeis fixerunt. Totam autem gentem Iapyges vocarunt. At Messapiorum  
 regio postea alia nomina accepit. Plinius lib. 111 cap. xi: Connectitur Secunda re-  
 gionis; amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos; ccl millium finu, qui Ta-  
 rentinus appellatur ab opido Laconum in recessu hoc intimo sito. abest cxxxvi millia  
 passuum à Lacinis promontorio; adversam ei Calabriam in peninsulam promittens. Græci  
 Messapiam à duece adpellavere; antè Peucetiam, à Peucetio, Oenotri fratre.  
 20 Strabō lib. vi: Εἰσειν οὐτι χερρονίζει τὸ αὐτεπλεύσιμον χωρίον εἰς Τάρεγον τοῖς Ερετίστειν.  
 ή δὲ οὐτι Βρεντίσιον περιβολεῖν οὖδε εἰς τὸν Τάρεγον εἰς ζώντο μισθὸν οὐτοὶ ημεράς, τὸν ιδίμυτον τοῦ  
 τῆς ερημόφυτης χερρονίζει, λέπι Μεσαπῖται ποὺς ιαπυγίας Ε Καλαβρέαν καὶ Σαλεντίνιον καπάν  
 οι πολλοὶ απεσαροφεύσι. Ιαπες Διαρροέαν, οις ἐλέγοντοι πεφύγον. Id est: Peninsula for-  
 man refert ea regio, qua circumnavigatur à Tarento Brundisium. at terrestre iter in-  
 ter hanc urbis unā die ab expedito confici potest, quā isthmus est dicta peninsula: quam  
 Messapiam & Iapigiam & Calabriam atque Salentinum agrum in commune plerique  
 adpellant. alii tamen distinguunt: ut antè diximus. Dicit supra his verbis: Σωτήρ  
 δὲ εἰν ή ιαπυγίας. τούτῳ δὲ καὶ Μεσαπῖται καλοῦσι οἱ Βαλλεωι. οἱ δὲ Στιχώροι καὶ μέροι,  
 τὸ οὐρανὸν τοῦ Σαλεντίνιου καλοῦσι, τὸ οὐρανὸν τοῦ Καλαβρέων. Τούτοις τέτε  
 30 απέστροφοι Πολικέπθοι εἰσι, καὶ οἱ Δασίοι καὶ Ελάδα Διάλεκτον απεσαροφεύσιμοι. Οι δὲ Σπι-  
 χαροι πάσι τῷ πεπάντει καλαβρέος Απολίαν καλοῦσι. Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ Ποιδικοί λέγονται  
 μαλισταὶ οἱ Πολικέπθοι. Id est: Sequitur Iapigia: quam & Messapiam Græci dixerū.  
 Incole vero regionem in parteis dividentes, unam eorum Salentinos vocant; que circa Ia-  
 pygium est promontorium; alteram Calabros. Supra hos versus septentriones sunt Peu-  
 cetii, & qui Daunii Græcā lingvā dicuntur. Incola, quidquid post Calabros est, Apu-  
 liam vocant. Quidam etiam eorum Poediculī dicuntur; maximè Peucetii. Plinius lib. 111 cap. xi:  
 Brundisio conterminus Pædiculorum ager. Novem adolescentes toti-  
 demque virginis ab Illyricis XIII populos genuere. Pædiculorum opida, Rhudia, Egna-  
 tia, Barion; amnes, Paetus, Ausdus. Hinc Apulia Dauniorum cognominatur: in qua  
 40 Salapia, Sipontum, Vria; amnis Cerbalus, Dauniorum finis. Ergo Pædiculi per o-  
 mnem fuere Peucetiam. Scilicet sic sæpiissime nimius breviator Plinius. Cæter-  
 rum vocabulum Pædiculorum in exemplaribus Plinii per simplicem vocalem e-  
 scriptum legitur: ita ab exscriptoribus haud dubie vitiatum. Apud Appianum et-  
 iam Civil. bellor. lib. i est ποιδικός, pro ποιδίχης. Apud Val. Maximum lib. vii  
 cap. vi ita scriptum est: Ex Apulia quoque & Fidiculis. Pædiculus scribendum, nul-  
 lum dubium esse potest.

Ceterum SALLENTINORVM ager, quodrum dimidia peninsula Messapia fuit,  
 à poëtis Latinis nescio quoisque extenditur. Virgilii Aeneid. lib. 111 Helenum  
 in Epiro ita Aeneæ vaticinium reddentem introducit:

50 Has autem terras Italique hanc litoris oram,  
 Proxima que nostri perfunditur aquoris astu,  
 Effuge, cuncta malis habitantur mænia Graiis.  
 Heic & Nericii posuerunt mænia Locri;  
 Et Sallentinos absedit milite campos  
 Lyctius Idomeneus. heic illa ducus Melibæi  
 Parva Philocteta subnixa Petilia muro.

Ovidius Metamorph. lib. xv:

Navigat Ionum; Lacedemoniumque Tarentum.

Prerit &amp; Sybarim Sallentinumque Neathum.

NEATHUM, flumen. Flumen hoc Neathum, vulgo nunc Neto appellatur in Bruttis; populo longe à Messapiâ distito.

Atque haec tenus divisionem Apulia exposuisse sufficiat.

Quae habentus præcesserunt capita, auctor diligentissime, antequam excuderentur, recognovit, atque polvit. idem in sequentibus præstare quoque instituerat: sed morte preventus, non potuit.  
quod te, benevoli lector, ignorare nolumus.

## C A P. XI.

## De APULIA.

APULIA  
finis.

**A**PULIA igitur universa hisce inclusa fuit finibus: Ab septentrionibus Frenone amne (vulgò est Fortore) & mari supero, ad Brundisium usque. à meridi, primùm superiori capite memorato isthmo inter Brundisium & Tarentum: tum finu Tarentino, à Tarento ad Bradanum usque amnem. hinc ipse Bradanus ad fontem usque à Lucanis eos separabat. Ab occasu hiberno linea ab dicto Bradani fonte ad Frentonis ducta fontem ab Hirpinis distingebantur.

Finibus Apulie indicatis, opida nunc eius atque flumina dicenda. ac quidem primo loco maritima. Geographi plerique heic ab oriente in occasum procedunt. Plinius lib. 111 cap. xi: Brundisio conterminus Pædicularum ager. opida eorum, Rhodia, Egnatia, Barium. Ptolemæus: Απολαίη Πολικήν, Εγνατία, Βαρεῖον. Apularum Peucetiorum, Egnatia, Barium. Mela lib. 11 cap. iii: adverso litore incedens: Barium, Egnatia, & Ennio civi nobiles Rudiae: & in Calabriâ Brundisium. Itineraria sic iter referunt:

Tabulæ:	Antonini:	Antonini:	Hierosolymitanum:
Barium	Varia	Barium	C. Beroes
Turris Cæsaris xx.	Turribus XXI.	Arnesto	Mu. Turris Iuliana XI.
Dertum	IX.		Mu. Turres Aurelianæ IX.
Egnatia	IX.	Egnatia XVI.	C. Leonatia XV.
Speluncis	XXI.	Speluncas XX.	Mu. Ad Decimum X.
Brundisi	XXVIII.	Brundisium XIX.	Mu. Speluncas XI.
		Brundisium XVIII.	C. Brundisi XIV. 49

**BARIUM,** opidum. Ex his BARIUM opidum vulgo nunc dicitur Bari; emporium in hoc litore celebre. Antiquissima eius memoria est apud Horat. lib. 1 Sat. v: qua iter suum describit, à Româ per viam Appiam ad Brundisium usque.

Inde Rubos fessi pervenimus; utpote longum  
Carpentes iter, & factum corruptius imbr̄.  
Postera tempestas melior; via petor, adusque  
Bari mania piscoſt. dehinc Gnatia lymphis  
Iratis exstructa.  
Brundisum longe finis chartæq; vieque.

**EGNATIA,** opidum. Hinc EGNAZIA inter Barium & Brundisium nomen corruptum servat in turri speculatrice, vulgo Torre d'Anazzo. Haud procul à litore rudera murorum videntur juxta viam publicam, agro circumjecto aridissimo. unde Horatius dicto modò loco:

Dehinc Gnatia, lymphis  
Iratis exstructa, dedit risusque jocosque.  
Dum flamma sine, thura liquefcere limine sacro

Persua-